



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, [1659 erschienen] 1660

S. Iosephvs Hermannvs C. 4. Aprilis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42032

192 VITE SANCTORVM. 4. April.

S. JOSEPHVS-HERMANVS C.
4. Aprilis.

HERMANNVS septem annorum puerulus cœpit inter ultimam rerum omnium inopiam Musas, sed præ Musis impensè MARTAM colere. Eam cum in templi odeo ludentem cum FILIOLO & D. Ioanne vidisset, dextrâ VIRGINIS in societatem accitus, homo Superis collusit: puto ut cœlum ostenderet, quis maximè ludus studiosum adolescentem deceret. A ludo saxum monstravit PATRONA: unde quoties egeret, nummos promeret. Ita Mecenate cœlo usus, simul annum XIII. fuit ingressus, mundo est egressus, & candidum Præmonstrati Ordinis habitum Steinfeldiae suscepit; ratus longum cœli iter adolescentiæ mature incundum esse. Inter religiosæ vitæ studia tam amor in HERMANNO MARIA, quam HERMANNI in MARIA crevit, ut eum primum amantissimo Iosephi nomine donaret, cum deinde in Sponsum deligeret, doteque in manus omnes cœli devitias FILIVM daret. Ægitudines illius complures suâ manu abstersit. Tristorem, quod munijs alijs distractus precibus vacare non posset, monuit, plus apud Superos solicita in alios studia quam quieta inter preces suspiria mereri. Quoties genii supplex MARIA nomen venerabatur, toties omnibus perfundi sibi odoribus visus est. Celo hiemante litantis manus, ne à frigore offendenterentur, IESVS & MARIA fovebant, duo utique calidissima sidera. Corpusculum mortui ut supra terram semper, ita etiam sub terrâ diu integrum misit; an quia odoribus, quos memoravimus, illud condivit? Ex Surio.

Ecce

Ecce parvulus in medio stetuitur: studeamus ef-
fici, sicut parvulus iste: discamus ab eo, quia mitis
est & humilis corde?ne magnus videlicet Deus sine
causa sit factus homo parvus, ne gratis mortuus, ne
in vacuum crucifixus. S. Bern. serm. 3. sup. Missus.

S. THEODVLVS & AGATHOPVS
MM. 4. Aprilis.

Nemo vel citò vel serò nimis cæli viam ingre-
ditur, si quidem ingreditur. Iuvenis ætate
THEODVLVS, senex AGATHOPVS, parili tamen
cursu per Martyrum stadium cucurrerunt, anno à
Christi ortu quarto supra trecentesimum. Et
THEODVLVS quidem ante cursum, bravium (cer-
tè arthram bravii) scribitur ē cælo annulum acce-
pisse, qui artificis cæli manum crebris miraculis,
quibus omnes passim morbos pellebat, laudavit.
Porro cùm intra carceres ambo adhuc consiste-
rent, in somnis ab ipso Numine sunt animari, ipsi
verò ad fidem exemplo suo adductos alios ani-
marunt. Postridie ad virtutis theatrum (tribunal
tyranni) tracti in ruborem hunc, in lassitudinem
tortores dederunt. Èâ, quæ sécuta est, nocte, ite-
rum carceribus clausi, idem uterque in somnis
somnia viderunt. Naufragium sibi facere vide-
bantur, sed auspiciatum illud, & nimium fortuna-
tum: quod cæteris quidem, quorum longè plurimi
erant, fluctu haustis, ipsi nescio in quem mon-
tem cælo contiguum evasissent, candidus ibi ve-
stibus ornati. Somnium hoc dies explicit. In
mare cum saxis appendicibus abjecti ipfissimum
Olympum subierunt. THEODVLVS deinde
multâ luce candidus, inde ad suos revisit, quod

H 3

testa-